Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 141.

ZBIÓR ALEKSANDRA CZOŁOWSKIEGO

Dział (opis) I

1789. Erectio ecclesiae Pistynensis. 1796.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

No 1820
BIBLJOTEKA OSSOLIŃSKICH
ZBIÓR Dr. A. CZOŁOWSKIEGO
Nr. rękopisu 1789

Erectio Ecclesiæ Pistinens.

Pistyn

1

In Nomine Dni Amen. Ad perpetuam rei memoriam omnibus et singulis cui id scire interest, aut interesse poterit. Ego Anna Marianna de Kalinoskie Ponińska olim Josephi Lodzia Poninski Palatini Poznanien. Petrikovien. Ostren. Capitanei Equitis Ordinum Porthugalis bellici et Jesu Christi derelicta Vidua Bonorum Pistyn cum attinentÿs in Palatinatu Russiæ Terra Halicien. Districtu Kolomyjen. Archidiœcesi Leopolien. sitis, jure Successionis naturalis Hæredissa notum facio, Quod ego volendo necessitatibus Spiritualibus Christi Fidelium in præfatis Bonis Pistyn reperibilium subvenire, ut iÿdem habendo domi proprium Pastorem in Spiritualibus necessitatibus auxilium, in Articulis Fidei Catholicæ &c. ab eodemq[ue] necessariam doctrinam habere possint, quâ propter inundationem aquarum ad Ecclesiam Parochialem ad quam antea spectabant transire non valendo, carebant, in eoq[ue] multum damni patiebantur. Ad augendam itaq[ue] gloriam Dei et auxilium animarum defunctorum constitui in Oppido meo hæreditario Pistyniæ

1789

Ecclesiam

Ecclesiam Parochialem aedificare
eandemq; necessaria Supellectili
Ecclesiastica ad celebrandam De-
votionem ex Bonis mihi ~~ad~~
à Deo permissis providere, ac de
proventu propter alimentationem
sufficientem Parochi prospicere.
Quocirca obtenta permissione ab
Illmo Venceslao Hieronymo de Bo-
gustavice Sierakowski Archiepis-
copo Leopoliensi matura cum de-
liberatione omnium circumstan-
tiarum futurarum praesentem
fundationem facio, et inprimis
fundum pro erigenda Ecclesia et
Caemeterio necessarium in agro
seu Lewada Thizakowa dicta in-
trando ad Curiam Pistynensem
ad sinistram penes Canalem,
seu fluviolum noviter effossum
Jozefka vocitatum, ubi nunc fi-
gura Passionis tempore Missio-
nis erecta est, situm, tam in
longum quam in latum 50 cu-
bitos, in se habentem, assigno.
Pro Residentia autem Plebana-
li stabulo, granario, et alijs aedi-
ficijs propter eundem necessarijs
alium fundum in Lewada Domi-
nicali Pistiawice dicta in colle
80 Cubitos longum, et 50 latum
à fundo Ecclesiae versus Curiam
Pistynensem se protendentem de-
termino, in hisq; duobus fundis

tam

tam Ecclesiam ligneam, quam Re-
sidentiam Parochialem ligneam
à fronte versus Oppidum à late-
re vero versus portam Curiae
Pistynens, aut etiam ibi ubi me-
lior commoditas id exegerit, erige-
re, et Cameterium sepimento
ex asseribus facto, circumdare spon-
deo, et appromitto. Praeterea futuro
Curato Pistynens, et ejus Succe-
daneis hortum futurae Residen-
tiae Plebanali contiguum in ea-
dem ipsa Lewada Dominicali
Pistiawiec 200 Cubitos longum,
et 36 latum designo, Tandem
pro foenisficio Lewadam Michae-
lis Tiezak post futuram Eccle-
siam sitam cujus latitudo incipit
à horto Plebanali in Lewada Domi-
nicali designato, usq. ad Lewada
Hregory fabri Ferrarij se pro-
tendit, longitudo autem illius in-
cipit à colle è regione fundi pro
Ecclesia designati sito, et proten-
ditur ad Lewada Hrehory Itali-
noio. Hac vero Lewada pro
foenisficio designata in longum
350, in latum autem 210 Cubitos
habere debet. Fundum quoq. pro
domo Organarij ac horto illius
50 Cubitos longum, 30 vero latum
prope Ecclesiam assigno. Insuper
permittitur Curato nunc et in
futurum existenti libera moli-
tura in molendino Dominica-
li absq;

absq ulla datione mensura cujus
=vis frumenti verum unice pro ne=
cessitate Curati, praeterea libera in=
cisio in Sylvis Pistinens trium ve=
cturarum lignorum qualibet Sep=
ptimana erga assignationem Domi=
nicalem unice pro necessitate do=
mus plebanalis extradendorum,
permittitur, praecavendo attamen, ne in Syl=
vis juvenibus sub praetextu hujus
permissionis ullum damnum a
Curato fiat, sed ex ijs Sylvis, quas
Dominium designabit, ligna pro
foco evehantur. Ut autem tam
modernus Parochus Pistyniens
quam etiam futuri sui Succe=
danei alacrius obligationibus Pa=
rochialibus, ac alijs, eisdem infe=
rius describendis satisfaciant, ad
fundos illi designatos 800 fl. Rh.
Proventus annui eidem assigno;
tum pro lampade diu noctuq co=
ram SS. Sacramento candente
100 fl. determino, quae ambae quotae
900 fl. efficiunt, quos modernus
Curatus, ac ejus Succedanei ex
proventibus Bonorum Pisty=
nia quartualiter erga suas qui=
tantias recipient. A quarum exso=
lutione quotannali nec ego, nec
Successores mei etiam=si proven=
tus Bonorum seu per bella

seu per

seu per aliquam infelicitatem fu-
turis temporibus adeo diminueren-
tur, ut ex illis totus proventus
tantum Summam 900 fl. efficer-
ret, attamen se ~~a Solutione~~ li-
berare non possent, respectu cujus
in casum retentionis, aut non
exsolutionis integræ quotæ hujus
tam mihi, quam meis Successo-
ribus non minus cuilibet Bo-
norum Pistynia hæredi Forum
cujuslibet Castri, seu Consisto-
rij Leopoliens. hac mea funda-
tione assigno. Ex hac vero quota
800 fl. pro sufficientia designa-
ta tenebitur Curatus Pistynens.
minores necessitates Ecclesiæ
nempe Apparatuum, fenestra-
rum, scamnorum, pavimenti
et tecti Ecclesiæ providere, re-
parationes facere, et Organa-
ristæ solvere. Si autem tem-
pore futuro Ecclesia insignio-
ri reparatione facienda indi-
geret, nempe si quod Deus aver-
tat, combureretur, aut per ve-
tustatem seu ædificium Eccle-
siæ seu tectum destrueretur,
talem reparationem Dominium
Pistynens. suo sumptu neces-
sario facere debet. Cum au-
tem cujuslibet fundationis
natura est, ut ille, qui ex fun-
datione fructum percipit, eti-
am obligationes sibi imposi-
tas habeat

tas habeat, illisqz satisfacere satagat, ideo quilibet Curatorum Pistyneng curabit, ut fidelibus Christi Ritus Latini in praefato Oppido Pistynia, ac ejus attinentijs reperibilibus, utilis Pastor fiat, propterea in primis, quolibet die Dominico et Festo Celebri Missae Sacrificium parochiale absolvere, verbum Dei diebus Festis praedicare, doctrinam Christianam diebus Dominicis tradere, Sacramenta parochianis suis alacriter administrare, ac praeterea nullas accidentias extorquere, sed potius consueta in hac Ecclesia datione contentus esse debebit, praeter vero Missam parochialem duas Missas quotidie devequium perpetuis temporibus absolvere, ac insuper duos pueros Nobiles dato illis victu apud se, in principijs linqua Latina educare tenetur quibus vestes et alias necessitates Dominium Pistyneng providere obligatur, Denique obstringo RDum Parochum Pistyneng nunc per me fundatum, ut ordinem in Ecclesia et incessans augmentum gloria Dei

gloria Dei salutemq suorum
Parochianorum, enixe curet.
Tandem Inventarium tam
Ecclesiasticæ quam domesticæ
Supellectilis per me dandæ, ac separato
Regestro conscriptæ, in toto
conservet, quatenus Succeda-
nei Parochi si non auctum
saltim non imminutum In-
ventarium relinquant, et re-
cipiant. Praesentationem autem
Parochorum Pistynensium
mihi et Successoribus meis
Bonorum Pistynia hære-
dibus relinquo, et reservo
adeo, ut siquidem penes quam-
libet Parochiam Sacerdos vir-
tutibus, et necessaria doctri-
na proditus esse debeat, ille
qui praesentationem ad Paro-
chiam Pistynensem curabit, re-
comendationem ab Illmo Ar-
chiepiscopo Metropolitano Leo-
poliensi, seu ejus Officiali in-
taetu suæ capacitatis ad Pa-
rochiam producere obligabitur.
Quæ omnia ut majorem vim
et Fidem habeant, praesentem
fundationem meam erga ex-
pressionem soliti Sigilli manu
mea propria subscribo, et
Actis autenticis eandem robo-
rare ac

roborare, ac per oblatam ad
illa porrigere me obligo. Datum
Leopoli Die 22 Marij 1773 Ao
Marianna de Kalinowskie Po=
ninska Palatina Posnaniensis.
(L.S.) Feria Tertia post Domini=
cam Lætare Quadragesimalem
proxima videlicet 23 Mensis
Martij Anno Domini 1773
Erectio præsens Actis Terre=
stribus Leopoliensis est roborata
Jn nomine Dni. Amen. Anno 1773
die 22 Mensis Martij feci Erectio=
nem Ecclesiæ Pistynensis sub titu=
lo Sanctæ Trinitatis in qua huic
Ecclesiæ 900 fl. et fundum in præ=
fata Erectione descriptum dedi, ac
obligationes eati Parocho impo=
sui, hæc=que Erectio in omnibus
suis contentis Actis Castri Leo=
poliensis die 23a Mensis Martij An=
ni ejusdem est roborata. Optan=
do autem de sufficientiori, et majori
commoditate eidem Parochiæ pro=
videre Erectionem Anno 1773 fa=
ctam hodie melioro, addendo eidem
100 fl. quibus additis fiet Summa
1000 fl. quæ parato ære juxta Cur=
sum monetæ quartualiter ex pro=
ventibus Pistynensis per 250 fl.
ad manus, et erga quietantiam
Curati Pistynensis exsolvenda est.
Præterea

3/

Praeterea duos Subditos pedestres nempe Hrehory Protopow habens suam Casam penes viam ex Listyn versus Szeszory ad dictam euntem, penes circa quem ex parte Oppidi proximus vicinus Actor Adalbertus Smoniowski manet, Secunda Wasylicha Hamaniowska Vidua Secundum subditum pedestrem representans, et circa illum et Hrehor Protopow, eandemque viam ad Szeszor ducentem manens, penes quam est proximus vicinus Iwan Klimow. Hi duo subditi quos perpetuis temporibus Parochiae Listynensi à me erectae inscribo, manent inter Adalbertum ab una, et Joannem Klimow parte ab altera, quorum Lewada seu agri cum pomariis, incipiunt à via in latum, et terminantur in margine collis, è regione agri Lewada dictae Parocho Listynensi designati, è regione agri Lewada dicti Fabri Ferrarij Hrehory trans Ecclesiam manentis. Ijdem subditi juxta antiquam consvetudinem habent agros Podsadkowe nuncupatos, tam in fundis, hortis, pratis, quam etiam in Campis, perticis mensuratos, quaelibet autem pertica

autem pertica 12. Ulnas solitas in se continet, quarum perticarum 150 quivis Subditus cum fundo Casæ, et horto computando, habere debet. Obligationes vero horum Subditorum sunt sequentes, Qualibet septimana hyeme, et Æstate laborant die una, dies æstivales 24or Szarwarku 12 dies præstant, quilibet solvit dationem fundi per 3 fl 15 gr. dationem Zerdzowe dictam 1 fl. 20 gr. dant lupuli 24or garnetos, nucum unum garnetum, galinam unam, ova tria, filamentorum tres ulnas ex sua stupa netas, dationem Rogowe dictam nempe ab equo, bove, ~~vac~~ vacca, à quolibet unum florenum solvit, à juvenka 15 gr. ab ove ~~ove~~ majori 10 gr. à juniori 5 gr. à Sue majori 12 gr. à juniori 6 gr. pendit, decimam Apum tribuunt, dum autem decem alvearia non habent, tum dationem Dzyanowe dictam per 12 gr. à quolibet alveari solvere debent. Hos itaque duos præfatos Subditos pedestres cum illorum Omnibus dationibus ac Obligationibus Parochiæ Pistinensi adjungo — exceptis tantum liberis ex hisce Subditis

progenitis

5.

progenitis — qui in agris Cura-
ti locari non possent — tum illos
in fundis meis hæreditariis Pi-
stinensibus locare illisq Uxores
ducere liberum erit; — Quia
vero in primaria Erectione mea
supra exarata Obligatio Curato
Pistynensi imposita est; ut du-
=os Nobiles Juvenes a Dominio
Pistinensi Recomendatos doceat,
illisq victum tribuat; — tum ne
hoc Obligatio Curato gravior fiat,
ab Alimentatione horum Juvenum
moderna Erectione seu additamen-
to ad primam Curatum Pistinen-
sem libero — Obligo attamen eun-
dem Curatum; ut propter Majo-
rem Utilitatem Animarum sibi
Confisarum circa Ecclesiam suam
semper domicilíet — præterea
punctum Erectionis primæ in quo
Clausula addita est, ut præsenta-
tio Curator à recomendatione Illu-
strissimorum Archiepiscoporum Leopoliens.
seu eorum Officialium dependeat,
habita reflexione posteritatis;
præsenti Erectione plenarie im-
muto, et Casso — desiderando ut
hocce præsentatio Curati Pistinen-
sis

sis, à me et Successoribus meis Hæredibus Bonor Pistynia nunc et in futurum perpetuo dependeat. Quam Subalternam Erectionem seu meliorationem fundationis primæ per me factæ Parochiæ Pistynensis Majoris valoris ergo Coram Actis Castri Leopoliensis roborare statuo; Nunc autem eandem expresso Sigillo meo manu propria Subscribo Dattum Leopoli 22. Julij 1776. Marianna de Kalinowskie Poninska Palatina Posnaniæ

trasl. d. 1a Martij 1796
Ille Budner

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

DIGITAL - CENTER

ul. Ostatnia 17
60-102 Poznań
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.